



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Eius regulæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

spirituales gustus, & aliæ commotio-  
nes deuotæ incident: & ita deinceps  
per singula eiusdem, vel alterius ora-  
tionis verba, factitabimus.

*REGVLÆ TRES CIRCA  
hac seruanda.*

**P**RIMA: ut in tali precationis cu-  
piuslibet ruminatōne, horæ spa-  
tium insumamus: quo expleto,  
Aue Mariæ, Credo, Anima CHRISTI,  
& Salve Regina semel, iuxta com-  
munem morem, vel mente sola, vel  
etiam voce percurrentur.

**S**Ecunda est: quod si orantibus hoc  
modo nobis, in vna voce, vel duab-  
us, meditatio affluat, & interna si-  
mul delectatio, postponenda erit  
transcurrendi cura, licet hora tota  
prætereat; qua elapsa, reliquum ora-  
tionis cursim reciteretur.

**T**ertia: ut quando ita contigerit,  
meditandæ voci vni, aut paucu-

G lis,

lis, horam impendisse, postridie recitato breuiter eo, quod excussum fuit, ad sequentis verbi considerationem !pergamus.

**P**Ost excusam vero ad hunc modum Dominicam precationem totam, succedet Salutatio angelica: deinde alia, atque alia oratio, ut sine interruptione hæc orandi exercitatio procedat.

Adhæc, oratione qualibet sic completa, personam illam, ad quam pertinebat, paucis compellabimus, virtutem aliquam, aut gratiam petentes, qua maxime indigere nos senserimus.

**TERTIVS ORANDI** *Modus, per quandam vocum & temporum commensuracionem.*

**A**Dditio ab vtraque superiore nihil differt.

Oratio